Quaestio medica Cardinalitiis Disputationibus exagitanda die Jovis 7° Maii 1573 In Schol. Medicorum

D. Nicolao Le Grand D. et M. Regio, Moderatore Clariss. et sapientissimo.

Estne omnis Syncopes una Curatio?

Cor vitae principatu et fibrosae substantiae densitate reliquis visceribus praestans, temperiem calidam siccam, sedem exquisite pectoris mediam obtinuit, in homine deinde animosissimo, amplissimum cum cerebro ventriculum duobus sinibus, quorum sinister nobilior est excavatum, primum in nobis vivit, postremumque occumbit, vires obtinens ad immutanda corpora longe maximas. Nullius vero motionis arbitrariae author cum sit, proprio et naturali motu sic agitatur ut orta tandem defatigatione ingravescat. Ex quo morborum omni genere ipsum occupat, quorum communes illi cum caeteris sunt intemperies, inflammatio, abscessus, vulnus, ulcus, proprii autem et peculiares febris, palpitatio, syncope denique, ad quam prompta mors, sive cordis ex humidi inopia frigiditas.

Adversus hanc animal tuentur tres facultates corpori ex suo quoque fonte non simplicis qualitatis diffusione, sed simul cum incremento spiritus ita distributae, ut naturalis ab hepate per venas, vitalis a corde per arterias simul cum corde contracto contrahi, et dilatato dilatari, ~~...~~ non sua solitae; animalis a cerebro sensus et motus per nervos spirituum delatores propagetur. Hoc ductum commercio ita in mutuum et auxilium, et exitium conspirant ut dum vitalis pulsus actione libera ad opposita se extendens, aliis tum sustinendis tum functiones suas obituris spiritum suum tollere vim, et maximam conferre ipsi propria, mox vitalis omnium sit calamitas. Ex quo syncope cordis affectus acutus gravissimusque insidet virium omnium lapsum.

Syncopes omnes vere sunt omnino causae spirituum inanitio, oppressio, corruptio; inanitionem inferunt implacabiles dolores, immodicae evacuationes (in febribus quidem ardentibus phlegmone aut ingenti dolore ad deliquium usque tentandas) viscerum inflammationes, immodici sudores, stomachi, cordis et cerebri miro consentientium morsus, tristitia, omnesque animi spiritus dissipantes vatae perturbationes. Oppressionem accessum viscerum obstructiones hepati et spleni magis familiares, crassi et lenti (sed nullo humani dolore timendi) humores spirituum conceptacula intercidentes, abscessuum eruptiones. Corruptionem verum quamcumque venenata pestilentior qualitate, vel intus in nobis genita, vel in ventrem impulsa, vel ab aere respirando hausta, vel virulento morsu afflicta cor tentando spiritus inficium.

Leipothymia cerebri compatientis symptoma a syncope proprio cordis affectu signorum et causarum sola differt magnitudine. Si syncope hanc insum sudor circa pectus et cervicem frigidus, facies livida, immoti oculi, totum corpus exanimum. Hinc quae inanitionis soboles est signa eadem sunt quae et siccas intemperiei; pulsus primum rarus, mox tardus, tandem parvus cum facie hippocratica non semper lethali. Quae ab oppressione est faciei tumore, quotidiana ad vesperam repetitione, pulsu profundo, inaequali ac tandem intercidente proditur. Eam quae est ex spirituum corruptione sequuntur nausea, cum sapore in ore, ventriculi horribilia, cordis tremor, frequens et foetidus paroxysmus.

Praesentis syncopes symptoma mediocri sollicitudinem ad se convertit, causamque (cui alioqui debetur curatio) deserere cogit, semper quidem facies frigida ~~...~~ rore aspergenda, aures cum pilis vellendae, aromatica admovenda, insufflanda, ex vino propinanda. In ea vero quae ab inanitione est syncope cibo et potu adstringente succorum natam primo quoque tempore instaurare, cutim densare, frigidum aerem, somnumque longiorem procurare debemus. At eam quae ab oppressione est, vacuatione potius quam adiectione, vigiliis quam somno, frictione et extremorum deligationibus, quam molli quiete curabis. Syncopticus in ventrem vomaticis vino tenui balneisque moderate, quibus sudores, sanguinisque syncoptica profluvia irritantur. Syncopen ex dolore, ... paregoricis leniri somnus. At vero eam quae est ex venenatae qualitatis admixtione exardebat: de caetero inedia, diversionem quibusque omnibus; hausti veneni per phlebotomiam evacuatione, ingesti vomitu, inflicti suctu, suis cuique alexiteriis et alexipharmacis curandum.

Non est Igitur omnis Syncopes una Curatio.

F.M.P. BIBLIOTHÈQUE

Ponebat Joannes Hautin Lutetianus. 1573.